



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

De Christiana sepultura. tit. 248

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

556 SYMMA DOCTRINA CHRISTI.

illis, &c. Vide historiam. sic non sumus soli in morte,
sed multi nobiscum sunt, id quod est etiam consolatio.

Quartò, Esaias capit. 9. tria commemorat de Christo, quae maxime perpendere debet moriens ad suam consolationem. Et dicit primo, Quod iugum onus, id est, conscientia quae est peccatum in conscientia, quae est grauis sarcina, pertulisti. Secundò, virgameri, id est, morrem quae est vita, quasi virga, aut correctione pro peccatis. Rom. 6. Stipendium peccati &c, exuperasti. Tertiò, sceptrum exactoris, id est, satanum in inferno, qui exigit satisfactionem pro peccato, & plenam obedientiam legis tu fregisti. Hac omnia in Iesu Christo superasti, qui in cruce vicit mortem, peccatum, infernum. Ideo dixit Simeon Lucas 2. hac perpendens: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum, &c. Non ergo debet homo timere mortem, &c.

D E CHRISTIANA
sepultura.

TITVLVS CCXLVIII.



Rimò, Articulus fidei nostræ præcipuus est, quod credimus eandem carnem nostram, quam nunc gestamus, in nouissimo die resurrecturam, & glorificadæ esse in vitam æternam, iuxta Apostolum, Phil. 3. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, &cæt. Ideo sepultura Christiana sit cum solemnitate publica, & sic propter spem & fidem resurrectionis. Cadauer animalis non sepelitur cum honore, quia spem resurrectionis non habet. Sic Paulus scribit 1. Thessa. 4. & facit sermonem, & 1. Corint. 15. Vbi prædicat de memoria fidelium, qui spem.

furre
pule
recti
S
erat,
ne he
lerer
lossia
conc
tura
port
minis
lis, &
Eccel
aslini
Sara
lius,
Vt cu
tent
ham
Josep
iet.
iustu
vitan
Etis
luda
tur z
pecc
tatio
nis p
T
con
stor
uun
Mat

surrectionis habent, non autem gentes. Est igitur sepulta testimonium & signum, quia credimus resurrectionem, & cæt.

Secundò, in veteri testamento horribilis pœna erat, priuari honesta sepultura, & cadauer projici si ne honore, vti 4. Regum 9. de cadauere Iezabelis. Et Ierem. 22. dixit Propheta ad regem Ioachim filium Iosiam: Non plangerit eum, vñ frater, & vñ soror: non concrepabunt ei vñ mulieres, vñ inclytæ: sed sepultura alini sepielicit, putrefactus & projectus extra portas Hierusalem, eo quod dereliquit pactum Domini Dei sui, & adorauit deos alienos, & seruuit il- lis, & cæt. Horribilis ergo pœna fuit apud veterem Ecclesiam, non sepeliri cum honore, sed sepultura alini, & cæt. Abrahām cum honore sepeliuit suam Sarām, Genes. 23. Filij Iacob, Genes. 50. Et viduæ filius, Lucæ 7. Sic Ioseph quoque adiurat fratres suos, vt cum de Aegypto exierint, ossa sua secum portarent ad terram Chanaan, quam Deus iurauit Abrahām, Isaac & Iacob. Sed dices: Quid hoc erat opus Iosepho, cum idem sit, vbi corpus sepeliatur & cæt.? Respondeo: Hoc fecerunt, ne memoria illorum periret. Nam hoc vult Deus, vt in memoria æterna sit iustus, Psalm. 110. At apud gentes, quæ non credunt vitam futuram, nullæ est memoria. Subinde, vt à sanctis & fidelibus suis iuarentur precibus. Nam apud Iudeos etiam fuisse in vsu, orare pro mortuis, doceatur 2. Machabæor. 12. vbi dicitur: Sancta (id est, non peccaminosa) & salubris (id est, non inutilis) est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis, id est, pœnis peccatorum, soluantur.

Tertiò, Habet Ecclesia Catholica multa in vsu, vt conseruet fidem futuræ vitæ. Ideo memoratur sanctorum, & eos honorat, eo quod spiritus illorum vivunt: nam non est Deus mortuorum, sed viuentium, Matth. 22. Sic habet sepulturam honestam. Sic iu-

NNa

bct

bet facere pietatis opera, quarum præmium erit
futuro sæculo. Sic castigat corpus. Nam sperat &
quotidiè orat sibi aduenire regnum Dei, Matthæ. 6.
Sic sustinemus imagines, ædificamus Ecclesiæ, ha-
bemus honesta sepulchra, & clypeos, arma, memo-
rias defunctorum, &cætera. Sed cùm hæc omnia
parui habent hæretici, signum est, quia de futura vita
dubitent, &cæt.

DE MORBO EPIDIMIAE

seu pestis.

TITVLVS CCXLIX.



OTANDVM primò, quod pellit
Epidimiæ accidit aliquando ex speciali
Dei ordinatione ad peccatorum puni-
tionem, vel iustorum probationem. Ali-
quando ex causis naturalibus, ut ex cor-

ruptione aëris, &c. frequentius tamē ex veroq; quia
Deus elementis vtitur & creaturis in nostram puni-
tionem, sicut inquit sapiens, 5. cap. Armabit crea-
ras contra nos. Primū patet Leuit. 26. Numer. 14. Deu-
te. 28. Et pluribus alijs scripturæ locis, in quibus mi-
natur Dominus pestilentia trægressoribus legis fuz.

Secundò, pœna à Deo inflictæ, sicut & ira Dei, po-
sunt mitigari per vitæ populi emendationem, & hu-
milem ac deuotam Dei invocationem. id patet Reg.
8. ex oratione Salomonis: Fames aut pestilenta fu-
erit, aut corruptus aer, &cæt. Et 2 Reg. xl.
timō, ex oratione Dauid, quando mortui sunt depo-
bulo in tribus diebus 70000. millia viatorum. Sic di-
cit Sirach Ecclesiast. 38. Fili, in infirmitate tua nede-
spicias teipsum, sed ora Dominum, & ipse curabit te.
Sic Christus sanat filiam Chananeæ, Matt. 15. serum
centurionis, Matt. 8. paralyticum Matt. 9. &c. Elin-
quit: Cæci vident, claudi ambulant, &c. Matt. 11.

Tertiò, Causæ naturales impediti possunt in